



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Bibliotheca Rhetorum**

In quo Causae Forenses, Liber Epistolarum, Liber Fabularum, Et  
Oratiunculae

**Le Jay, Gabriel François**

**Ingolstadij, 1726**

Accipiter & Philomela.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71049](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71049)

plicat, totóque incumbens corpore tam adhaerens  
firmiter, hostis ut eludat dolos & frustretur  
perfidiam. Interim ambo dum luctantur acris  
& pugnae novum exsurgit genus; vidit ab alto  
pugnam ancipitem Milvius, & in utrumque in-  
dens, Ranam Murémque pariter alvo condidit.

### EPIMYTHION.

*Nefas, vel hosti frangere juratam  
dem.*

### ACCIPITER ET PHILOMELA.

#### PROMYTHION.

*Non placatur iratus venter verbis in  
anibus.*

**C**Apram tenebat unguibus Lusciniam Acci-  
piter, & destinabat in cœnam sibi. In-  
muit illa flebiliter, & mortem deprecans  
ah! ne, inquit, Rex avium forissime, peccat  
in me durius. Vitam oro: nam quid ego pro-  
sim tantula? & quas parvum & exangue corpore  
tibi epulas paret? Ignosce potiùs, & me de-  
tam tibi in omne tempus accipe. Cui fle-  
visus Accipiter, agendum, ait; quod mihi os-  
cii genus præstabis, tibi si vitæ munus annuatim  
Equidem scio, respondit illa, quàm fit, face  
quod possum, leve. Tamen non ero beneficii  
immemor; ac si juvabo te minùs in cæteris.

rem cantabo non incommodè, & dulcisonis mille modulis levabo tedium, cum voles, aut etiam solabor ægritudinem. Apage inconsulta, retulis Accipiter, cantus non placet, nisi cum venter est satur. Ergo famem placabis interim, & qualescumque suppeditabis cibos. Tum plura paravim dicere Philomelam devorat.

EPIMYTHION.

*Contra potentes manca est tenuiorum eloquentia.*

AGRICOLA, & EJUS FILII.

PROMYTHION.

*Posiores nullas esse ipso labore divitias.*

**E**rant Agricolaë Liberi non pauci, quos annuis modico ex agello fructibus alebat non incommodè. Is adesse sibi sentiens finem ultimum, cunctos evocat, & paterno singulos complexus sinu sic alloquitur. Quæ summos & imos fato sortitur pari, lex dura mortis, Nati. me vobis jam jam auferet. Agrum hunc parentis opes unicas ac breves accipite. Ne tamen vobis hæc, precor, libido mala veniat agrum vendere. Defossus illic ingens thesaurus latet. Quâ parte demum lateat, ignorat pater. At si monenti creditis, postquam fruges collecta mes-

R 2

sis